

Cambridge University Press

978-1-108-04808-8 - Historia et Cartularium Monasterii Sancti Petri Gloucestriae: Volume 1

Edited by William Henry Hart

Excerpt

[More information](#)

---

~~~~~

HISTORIA MONASTERII S. PETRI  
GLOUCESTRIAE.

~~~~~

Cambridge University Press

978-1-108-04808-8 - Historia et Cartularium Monasterii Sancti Petri Gloucestriae: Volume 1

Edited by William Henry Hart

Excerpt

[More information](#)

---

## HISTORIA MONASTERII S. PETRI GLOUCESTRIÆ.



*Sequitur hic de prima fundatione monasterii Sancti<sup>1</sup>  
Petri Gloucestriae ab Osrigo subregulo de licentia  
regis Ethelredi.*

ANNO ab Incarnatione Domini sexcentesimo octo- A.D. 681.  
gesimo primo Ethelredus rex Merciorum quartus a Ethelred  
Penda primo rege, in eodem anno regni sui vicesimo king of  
quinto<sup>2</sup> adjuvanter concessit, et dedit in provincia Mercia,  
Wicciorum duobus ministris suis nobilis generis, gift to  
Osrigo scilicet, et Oswaldo fratri ejus; Osrigo trecen- Osrig and  
torum tributarium in Gloucestershire, Oswaldo Oswald.  
similiter trecentorum casatorum apud Persovere; hoc  
est, ut Osrichus Gloucestershire acciperet, Oswaldus  
Persoram haberet.

Osrichus, ex licentia regis Ethelredi, ex possessione Osrig  
sua, in civitate Gloucestriae monasterium cœnobiale founds St.  
Peter's

<sup>1</sup> *Sancti*] Obliterated in Reg. Oxon.

<sup>2</sup> *vicesimo quinto*] So in both MSS. This is clearly an error; Ethelred succeeded to the kingdom

of Mercia in the year 675; so that his twenty-fifth year could not possibly coincide with A.D. 681. Vide Anglo-Saxon chronicle, vol. i. p. 58 (ed. Thorpe).

monastery  
at Glou-  
cester.

Keneburga,  
Eadburga,  
Gaffe,  
abbesses.

Adeldred's  
gift.

Burgred's  
gift.

Edel-  
mund's  
gift.

Nodehard's  
gift.

Confirma-  
tion of  
gifts.

Ethelred  
resigns  
his king-  
dom ;  
becomes a  
monk ;  
dies,  
A.D. 716.

in honore Sancti Petri Apostoli, domno Theodoro Cantuariensi archiepiscopo, et Bosel primo Wygorniensi episcopo, confirmantibus, nobiliter construxit, et ibi Keneburgam, Keneburgam sororem suam abbatissam constituit, et post eam Eadburga<sup>1</sup> cognata<sup>2</sup> ejus abbatissa successit quæ ante fuit regina Wlfredi regis Merciorum. Et post eam Gaffe abbatissa monasterium illud, cum bona castitate et sub ecclesiastica regula, xxxiii. annis bene custodiebat, et acquisivit terras multas; scilicet in Alre xx. hidas, in Pyndeswell xx. hidas, ovibus suis illic adhibendas.

Adeldred, subregulus Wicciorum, dedit hæreditatem suam eidem<sup>3</sup> ecclesiæ; hoc est in Culne Sancti Aeylwyny lx. manentes illius terræ; Burgred, rex Merciorum, in Faireford, x. hidas, in Wyarkeston, xv. hidas, in Ceddanyda, in terra montana, xv. hidas. Item Adelred dedit extra civitatem Gloucestriae cxx. hidas, ubi nunc Bertona est, in Nymdesfeld iii. manentes. Edelmund subregulus dedit xxx. manentes in Overe et<sup>4</sup> xxxviii. in Northleche. Nodehardus comes et præfectus regis, in Erenkandeffeld iii. manentes.

Omnes istæ donationes et hæreditariæ terræ in multis sinodis et conciliis confirmatæ<sup>5</sup> fuerunt.

Ethelredus rex prædictus Merciorum, tricesimo anno regni sui, relicto temporali,<sup>6</sup> Kynredo suo fratueli regnum dedit, et apud Bardoney<sup>7</sup> est attonsus, primo in monachum, post in abbatem alteratus; anno ab Incarnatione Domini septingentesimo decimo sexto a sæculo migravit, et ad gaudia æterna intravit.

Anno ab Incarnatione Domini DCCVIII., Kynredus,

<sup>1</sup> *Eadburga*] Eadburgam, MSS.

<sup>2</sup> *cognata*] cognita, Reg. Oxon.

<sup>3</sup> *eidem*] ejusdem, Cott.

<sup>4</sup> *et*] om., Cott.

<sup>5</sup> *confirmatæ*] confirmante, MSS.

<sup>6</sup> *relicto temporali*] regno relicto temporali, Reg. Oxon.; relicto regno temporali, Higden.

<sup>7</sup> *Bardoney*] Bardeneby, Higden.

rex Merciorum, et Offa, rex Est-Saxonum, relictis regnis, Romam venere, tempore Constantini papæ; ibique monachi facti, usque ad finem vitæ permanerunt, sicque ad cœlestia regna migravere. Ii multa bona contulerunt monasterio Sancti Petri Gloucestriae.

*De Kenredo rege<sup>1</sup> Merciorum.*

Anno Domini septingentesimo octavo<sup>2</sup> Kenred, Kenred dies, A.D. 708. rex Northhanhynbrorum<sup>3</sup> rex, moritur; cui rex Osricus Osric dies, A.D. 729. successit, qui dudum Gloucestrese monasterium condiderat. Septimo idus Maii mortuus est, anno regni sui duodecimo, et sepelitur in ecclesia Sancti Petri coram altari Sanctæ Petronillæ in aquilonari parte ejusdem monasterii, anno Domini septingentesimo vicesimo nono.

*Sequitur versus de prima fundatione hujus loci, videlicet Gloucestrensis monasterii.*

Hic est principium, primusque status monachorum,  
Profert indicium nobis Gloucestris quorum.  
Tunc sexcentenus erat annus virgine nati  
Ac octogenus primus per Ave generati,  
Nobilis Osricus, quando loca struxit amicus  
Regis Ethelredi, si debent chronica credi.  
Ille monasterium primum construxit in urbe,<sup>4</sup>  
Fœmineæ turbæ decus attollens, ita demum  
Condidit ecclesiam sub honore Petri specialem,  
Perpetuam latrariam per sæcula cœnobialem.

Verses on the foundation of the monastery.

<sup>1</sup> *rege*] rex, MSS.  
<sup>2</sup> *Anno . . octavo*] In Reg. Oxon. these words are not made part of the narrative, but are inserted as a marginal date.

<sup>3</sup> *Northhanhynbrorum*] Northanhynbrorum, Reg. Oxon.

<sup>4</sup> *urbe*] orbe, Reg. Oxon.

Hic abbatissam præfecit in urbe<sup>1</sup> sororem,  
 Terram submissam sibi fecit et urbis honorem.  
 Primum prælata fuit hæc, Kyneburga vocata,  
 Sic vixit, strata donec fuit in sua fata.  
 Statim successit, jamque defuncta Kyneburga,  
 Nobilis Edburga, quæ plurima commoda gessit;  
 Quondam regina Wlferi regis honesta;  
 Hæc celebris domina: sed mors clausit<sup>2</sup> sua gesta.  
 Inclita matrona successit in urbe patrona,  
 Cœlebs casta bona cœlesti digna corona.  
 Walterus studuit Froucestre, et hæc memoranda  
 In scriptis posuit claustralibus enucleanda.

*De Kyneburga abbatissa.*

Kyneburga  
consecrated  
abbess;  
  
dies,  
A.D. 710.

Kyneburga, soror regis Osrici, a Bosello primo episcopo Wygorniensi in abbatissam monasterii Gloucestriae consecratur, quæ monasterium illud xxix. annis sub regularibus disciplinis, in bona castitate, rexit et custodivit, ac multa bona eidem monasterio acquisivit: tandem anno regiminis sui vicesimo nono obiit, et sepelitur juxta fratrem suum Osricum, coram altari Sanctæ Petronillæ ejusdem monasterii; cui successit Edburga, anno ab Incarnatione Domini septingentesimo decimo. Kyneburga ante fratrem obiit xix. annis.

Edburga  
succeeds;  
  
is consecrated  
abbess;

Edburga, uxor et regina Wolferi, regis Merciorum, post mortem mariti sui, relicto sæculo, sacræ religionis consortium in monasterio Sancti Petri acquisivit; tandem a Sancto Egwino,<sup>3</sup> tertio a Bosello episcopo Wygorniensi, in abbatissam ibidem consecratur, et monasterium illud in sanctis propositis bene rexit ac

<sup>1</sup> *urbe*] orbe, Reg. Oxon.

<sup>2</sup> *clausit*] claustra, MSS.

<sup>3</sup> *Egwino*] Egwyno, Reg. Oxon.

custodivit; et anno regiminis sui xxv., a Beato Wilfrido episcopo Wygorniensi, in eodem monasterio, juxta prædecessorem suam et sororem Kyneburgam sepulturæ tradebatur, cui successit Eva anno ab Incarnatione dies, A.D. 735. Domini septingentesimo tricesimo quinto.

Eva, quæ fuit uxor et regina Wolferi filii Pendæ Eva succeeds; regis, a Sancto Wilfrido<sup>1</sup> episcopo Wygorniensi in abbatissam Gloucestræ consecratur. Monasterium illud, is consecrated abbes; in bona castitate, et disciplinis regularibus, per xxxiii. annos bene rexit et custodivit, et multa bona eidem ecclesiæ acquisivit, et ipsa in multis sinodis confirmari procuravit; obiit tandem anno regni Offæ xii., et dies, A.D. 767. juxta sorores et prædecessores suas in eodem monasterio tradebatur sepulturæ, anno videlicet Incarnationis Domini DCCLXVII.

Post ejus decessum cessaverunt abbatissæ, et regimen Cessation of abbesses. in ipso monasterio regulare,<sup>2</sup> quoniam tanta fuit discordia regum quam decidium consuetudinariorum in regno, usque Accession of king Egbert, A.D. 800. ad ventum Egbriti regis, qui fuit anno ab Incarnatione Domini dccc., qui quidem<sup>3</sup> Egbritus omnia regna unico quadravit imperio, ut populus animosus et erroneus magis bellum et subversionem hinc inde movendum, quam pacem inter ipsos uniformem pavere: sed et speciositas religionis in monasterio Gloucestræ per translationem sororum ibidem existentium, huc atque illuc bellum et peccatum fugiendum, sub potestate sæculari, usque ad tempus Wolstani episcopi Wygorniensis, qui fuit anno ab Incarnatione Domini millesimo secundo, mirifice tradebatur.

<sup>1</sup> *Wilfrido*] Welfrido, Reg. Oxon.

<sup>2</sup> *regulare*] regula, MSS.

<sup>3</sup> *qui quidem*] quippe, Cott.

*De clericis, qui ecclesiam Sancti Petri Gloucestriae  
rexerant, a monialibus usque ad ipsos monachos  
effectos.*

A.D. 1022. Anno Domini millesimo vicesimo secundo Wolstanus, Wolstan, bishop of Worcester, episcopus Wygorniensis, qui postea factus est archiepiscopus Eboracensis, concedente rege Cnuto, duce Danorum, qui Ecclesiam Sanctam exaltavit, et libertates suas antiquas renovavit ac promovit, ut dicit Petrus Pictavensis: hic Wolstanus clericos, qui ecclesiam Sancti Petri antea rexerant [et] custodierant, sub protectione Dei et Apostolorum Petri et Pauli, et regula Beati Benedicti, in eadem ecclesia regulariter collocavit, et Edricum quendam in abbatem et custodem monasterii illius consecravit, qui monasterium illud xxxvii. annis<sup>1</sup> custodivit; sed et multa bona dissipavit, quoniam tempore suo, in perpetuam exhæredationem, vendita fuerunt maneria de Beggeworth, de Hatherleye.<sup>2</sup>

places the  
monastery  
under Be-  
nedictine  
rule.

Edric con-  
secrated  
abbot;

dies,

A.D. 1058.

Tandem obiit anno prælationis suæ tricesimo septimo; sed ab hoc loco recessit, et alibi sepultus est; cui succēssit Wilstanus Wygorniæ monachus, anno Domini millesimo quinquagesimo octavo.

*De quodam cirographo Edrici abbatis.*

A.D. 1022. Ego Edricus, abbas in Ealdanhame, notifico et declaro in Chirographo hoc cirographo, quod ego, mea magna necessitate, tradidi cuidam Stamarco terras de Hegberleo, et de Begwirde,<sup>3</sup> de dominio ecclesiæ quoad vixerit; et hoc feci pro ejusdem placita pecunia mihi pro<sup>4</sup> xv. libris, quibus redemi omnia alia prædia monasterii ab illa magna hevegeldi exactione, qua per totam Angliam fuit.

<sup>1</sup> xxxvii. annis] per xxxvii. annos, Reg. Oxon.

<sup>2</sup> Hatherleye] Hatherley, Reg. Oxon.

<sup>3</sup> Begwirde] Begawirde, Reg. Oxon.

<sup>4</sup> pro] super, Reg. Oxon.



Testes horum sunt, Wolstanus archiepiscopus Eboracensis, et Lessius episcopus Wygorniensis, Aglaf comes, et tota congregatio veteris monasterii, et Anna abbas, et omnes fratres monasterii Sancti Oswaldi, et Wilhise præfectus, et tota civitas Gloucestræ, et multi alii tam Angli quam Dani. Quare si forisfecerit ille qui terram tenet, de se, et de suo emendet: terra autem sit libera, et iterum monasterio reddatur post mortem ejus.

Acta sunt hæc anno ab Incarnatione Domini circiter millesimo vicesimo secundo, tempore Cnuti<sup>1</sup> regis.

Aldredus, Wygorniensis episcopus, Wilstanum Wygornie monachum in abbatem Gloucestræ consecravit, anno Domini millesimo quinquagesimo octavo, et de licentia regis Edwardi confessoris, ibidem constituit; sed ipse Aldredus ecclesiam<sup>2</sup> illam a fundamentis construxit de novo, et in honore principis Apostolorum<sup>3</sup> Petri honorifice dedicavit,<sup>4</sup> sed causa magis hospitii quam operis sui abstulit a communi, Leche, Odynton, Standische, cum Bertona, retinens in manu sua. Tandem in archiepiscopum ecclesiæ Eboracensis consecratur, qui ipsa maneria ecclesiæ Eboracensi appropriavit.

Sed Wilstanus Jerolimam profectus, obiit peregrinus anno Domini millesimo septuagesimo secundo, prælationis suæ decimo quarto, et anno regni regis<sup>5</sup> Edwardi filii regis Egelredi, decimo septimo.

Acta fuit hæc dedicatio idus Octobris, tempore regis Edwardi confessoris. Iste Aldredus episcopus postmodum mare transiit, et per Hungariam<sup>6</sup> profectus in<sup>7</sup> Jerolimam,<sup>8</sup> quod nullus archiepiscoporum vel episcoporum Angliæ eatenus dinoscitur<sup>9</sup> fecisse.

Anno DCCCLXII. Burgredus, Deo Omnipotentissimo concedente et auxiliante, rex Merciorum, confirmavit

R. de  
Diceto,  
p. 477.  
Thom.  
Stubbs,  
p. 1701.

Flor. W.  
I. 217.  
Thom.  
Stubbs,  
p. 1701.

A.D. 1058.  
Aldred,  
bishop of  
Worcester,  
consecrates  
Wilstan  
abbot;  
rebuilds  
and dedi-  
cates  
church to  
S. Peter;  
appropri-  
ates posses-  
sions;  
becomes  
archbishop  
of York.  
Wilstan  
travels to  
Jerusalem;  
dies,  
A.D. 1072.  
Aldred's  
journey to  
Jerusalem.  
A.D. 862.  
Burgred's  
confirma-  
tion.

<sup>1</sup> *Cnuti*] Kanuti, Reg. Oxon.  
<sup>2</sup> Diceto has it "Aldredus Wigorniensis episcopus ecclesiam in civitate Glavorna," &c.  
<sup>3</sup> *principis Apostolorum*] Apostolorum principis, Diceto.  
<sup>4</sup> *dedicavit*] ædificavit, Diceto.

<sup>5</sup> *regis*] om., Cott.  
<sup>6</sup> *Hungariam*] Pannoniam, Stubbs.  
<sup>7</sup> *in*] est, Fl. W. and Reg. Oxon.  
<sup>8</sup> *Jerolimam*] Jerolimam, Reg. Oxon.; Hierosolimam, Fl. Worc.  
<sup>9</sup> *catenus dinoscitur*] dinoscitur catenus, Stubbs.

donationes quas donaverunt ecclesiae Sancti Petri praedecessores sui reges; id est, Ethelredus, et Ethelbaldus, Offa, et Kenulphus, et cum consensu et consilio, ac licentia omnium optimatum suorum, fecit eandem ecclesiam liberam et quietam, et omnia monasteriola,<sup>1</sup> et loca quae eidem ecclesiae obediunt, et pertinent, ab omni terreno negotio et servitio; ea duntaxat conditione statuta, ut orationes illorum, deprecationesque pro ipso, et pro justis haeredibus suis, jugiter in illa ecclesia nocte et die memoriter servarentur. Haec fuerunt gesta et renovata, anno Domini octingentesimo sexagesimo secundo cum consensu et confirmatione Burgredi regis Merciorum, et archiepiscopi Cheolnothi<sup>2</sup> in Walesburnam.<sup>3</sup>

*Sequitur de Serlone primo abbate monasterii Sancti Petri Gloucestriae post conquestum.*

A.D. 1072. Anno Domini millesimo septuagesimo secundo, post decessum Wilstani abbatis Gloucestrencis ecclesiae, quem eidem ecclesiae archipraesul praefecerat Alredus,<sup>4</sup> successit ei eodem anno, scilicet quarto kalendas Septembris, reverendus pater domnus abbas Serlo, duos ibi tantum perfectae aetatis monachos et circiter octavos juvenes parvos inveniens. Hic idem pater primo fuit Abricatensis canonicus ecclesiae, sub Michaele pontifice, deinde monachus in ecclesia Sancti Michaelis, de Monte Tumba.

Quinto anno conversionis suae, petente et concedente rege Willelmo conquestore, et suggerente viro venerabili Osmundo, tunc regis cancellario, post Sarisbiriensi episcopo, praedicti suscepit locum regiminis, et a Sancto

---

<sup>1</sup> *monasteriola*] monasteria, Cott. | <sup>3</sup> *Walesburnam*] Welesburnam,  
<sup>2</sup> *Cheolnothi*] Ceolnothi, Reg. Oxon. | Reg. Oxon.  
<sup>4</sup> *Alredus*] Aldredus, Reg. Oxon.